

heriluspe & cum Menoc. cum aliis num. 24. fundamen-  
tum est, quia putant, hos sic testificantes, esse testes sin-  
gulares; quod verum non est. Bardi. ubi proxime, Farin.  
num. 8.2.

Ibi: Etiam si prater Tabellionem unus testis.

120 Licet pro instrumento unus testis non instrumentarius  
deponat, adhuc duobus instrumentariis contradicentibus  
illud fide caret, Farinac. num. 173. ubi alios allegat, de  
quibus numer. 155. quo loci eadem hanc doctrinam  
refertur.

121 Est ad hæc sciendum, quod dubitatur, an ex depositio-  
ne hujusmodi duorum testium, aut plurium, qui probent  
falsum esse instrumentum, possit Notarius condemnari: de  
quo per Farinac. a. n. 64. qui concludit negativè; quoniam  
multi, à quibus ipse non videtur recedere; tenent, res, aut  
plures testes sufficere ad condemnationem Notarii; quos  
refert, nu. 66. Sed ad torquendum Tabellionem, vel inqui-  
rendum contra ipsam, duos sufficere probat, ex num. 67.  
Nota itidem quod eti testes non instrumentarii debent  
esse omni exceptione majores ad impugnandum instru-  
mentum, hæc qualitas in instrumentariis non requiritur,  
Menoch. num. 6.33. Farin. num. 92.106. qui concordan-  
tes, & contradicentes congesit, in hac sententia residens  
& qualitas illa probari debet; Farinac. num. 97. Menoch.  
conf. 3.80. num. 11. Cevall. num. 10. C. Guttier. d. conf. 38. num. 12. Cevall. num. 10.11. Cur.  
Philippic. d. s. 17. num. 33. quod ampliat Greg. Lop. glos. 7.  
ut d. 115. procedat in testibus etiam necessarii ad actum,  
de quo in instrumento; adhuc enim omnes convenire de-  
bent adversus illud; aliaque requisita legis debent inter-  
venire; sequitur Guttier. Sed Gregor. ipse notabiliter  
ibidem limitat eandem constitutionem, assertens solùm  
procedere, quando Tabellio pro instrumento à se confe-  
cto deponit: nam si mortuus fuerit, vel alias non ferat  
testimonium pro illo, regulæ juris communis sunt ob-  
servandæ circa reprobationem publicæ scripturæ per te-  
stes instrumentarios, quod etiam ad notat Cevall. n. 11.12.  
Villadieg. in polit. cap. 1. numer. 2.1. vers. 1. res de derecho,  
cum seq. Morl. sup. num. 5. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6.  
num. 30.

Ibi: Imo unus tantum testis ex his.

122 Si unus ex testibus necessariis ad negotium, quod instru-  
mento continetur, contra illud deponat, licet instrumen-  
tum non rejiciatur in totum, ut falsum; ejus fides vacil-  
lat; atque ita actum non probat; Farinac. plurimis conge-  
stis, num. 13. cum seqq. Menoch. sup. à num. 13. Cyriac. dict.  
controvers. 2.89. num. 27. Borell. sup. d. tit. de fide instrument.  
num. 14.2. Valaf. conf. 18.3. num. 4.3. Pacian. d. ap. 48. n. 16.  
Guttier. conf. 38. num. 11. Boff. d. tit. de falf. à numer. 2.8.  
Afflict. d. c. 166. num. 5. Zisi. d. cap. 23. num. 11. Mascard.  
sup. q. 6. num. 4.3. Joseph. Ludovic. Lucens. decif. 13. num. 16.  
Franc. Marc. d. decif. 486. numero octavo. Quid procedit,  
etiam testis solum neget; se fuisse praesentem actum, de  
quo agitur, Farin. num. 15. Imò, si testis hic instrumenta-  
rii suam absentiam tempore conditi instrumenti legiti-  
mè probet, illud falsum reputabitur, licet centum testes  
affirmem, se interesse actum, de quo instrumento; Farin.  
num. 16.1. Quid autem si uno teste instrumentario contra-  
dicente, ali instrumentum comprobaverint? Vide Menoch.  
a. n. 16. Farin. ex num. 160. Cyriac. tom. 3. contr. 407.  
num. 270. cum seqq.

Ibi: Quia si secus respondentum sit in eo teste.

123 Testis unicus etiam in instrumento descriptus; qui est  
supernumerarius, quoniam eo sublatu, remanent qui suf-  
ficiunt ad validitatem actus, instrumenti fidem non de-  
bilitat, eti contra ipsum deponat, Farin. ex pluribus  
num. 87. qui contra tenentes laudat n. 88. Menoch. n. 11.12.  
Bart. in l. 1. §. Si quis neget, num. 2.7 ff. quemadmod. testam.  
aper. Mascard. d. quest. 6. num. 4.4. Franc. Marc. sup. num. 9.  
Villalob. common. lit. I. num. 7.3. Laurent. Tennin. de caut.  
119. num. 4. Boff. sup. num. 30. quod limita ex Farin. n. 16.1.  
quando talis testis assent, se non interfuisse instrumenti  
confessioni, & absentiam probat.

Ad Num. 12.

124 Est communis opinio juxta Imperiales constitutiones  
juris civilis, quæ ad reprobandum publicum instrumen-  
tum, tres, aut quatuor testes necessarii desiderat; cuius

autores cumulat Farinac. num. 35. 37. camque leges His-  
paniae, quarum in præsenti. D. Covar. meminit, approba-  
runt, ex quibus nostrates Jurisperiti eidem subscripsero;  
ad quorum intellectum videndi sunt Greg. Lop. in l. 117.  
glos. 1. tit. 1.8. part. 3. Morla. d. quest. 5. num. 4. vers. Nec ob-  
stat, Montalv. in l. 1.8. tit. 8. lib. 2. for. Cevall. d. quest. 43.  
num. 9. Avend. in cap. 27. prator. part. 2. num. 27. Bobad. d.  
lib. 3. cap. 14. num. 48. Quesada in suis questionib. cap. 20. n. 4.  
Debetque esse omni exceptione majores testes etiam de  
jure nostro, Cevall. & Greg. Lop. sup.

Ibi: Quod si instrumentum privatum est.

Instrumenti privati fides tollitur duobus testibus con-  
tra ipsum deponentibus, tam de jure communi, quam Re-  
gio, Farinac. num. 28. Cevall. ubi proxime, Boff. sup. n. 26.  
Greg. Lop. in d. 117. glos. alt.

Ibi: Sed si tractetur instrumento publico.

Adde Gregor. Lop. in l. 115. tit. 1.8. p. 3. Bobadill. ubi pro-  
xime, Guttier. d. conf. 38. num. 12. Cevall. num. 10.11. Cur.  
Philippic. d. s. 17. num. 33. quod ampliat Greg. Lop. glos. 7.  
ut d. 115. procedat in testibus etiam necessarii ad actum,  
de quo in instrumento; adhuc enim omnes convenire de-  
bent adversus illud; aliaque requisita legis debent inter-  
venire; sequitur Guttier. Sed Gregor. ipse notabiliter  
ibidem limitat eandem constitutionem, assertens solùm  
procedere, quando Tabellio pro instrumento à se confe-  
cto deponit: nam si mortuus fuerit, vel alias non ferat  
testimonium pro illo, regulæ juris communis sunt ob-  
servandæ circa reprobationem publicæ scripturæ per te-  
stes instrumentarios, quod etiam ad notat Cevall. n. 11.12.  
testificans juxta istam opinionem in Pinciana Cancellaria  
fuisse decisum, in causa, cui ipse patrocinabatur.

#### AD CAPUT XIV.

Sub liberazione generali que censeantur remissa; &  
an dolus remitti queat?

#### S U M M A R I U M.

- 1 Administrato quibus de causis domino teneatur.
- 2 Liberatio generalis testamento relata tutori non contine  
bona extantia, quæ possunt vindicari, ad n. 4.
- 3 Liberatio debitoribus relata, non liberatur qui actione  
in rem potest conveniri.
- 4 Remissa actione depositi vel commodati, res deposita, vel  
commodata debet restituiri.
- 5 Renunciatio generalis non comprehendit quæ vindicari  
possunt.
- 6 Liberatio generalis inter vivos non extenditur ad illa, que  
rei vindicatione possunt avocari, eti juramento firme-  
rit, num. 9.
- 7 Juramentum obligationem non ampliat, sed corroborat.
- 8 Liberatio generalis concepta, etiam in rem actionem  
completetur.
- 9 Idem est, cum debitor sola actione reali tenuerit.
- 10 Obligatio rationem reddendarum pro administratione præ-  
terita remitti potest.
- 11 Liberatio debet reliqua reddere. Limitatur, n. 23. & de-  
claratur, n. 31.
- 12 Idem est de liberato ab actione.
- 13 Quid si filius patremmittat, & n. 22.
- 14 Quid si matri, vel avo.
- 15 Quid si socero, aut paruo.
- 16 Bartoli disfinitio reprobatur.
- 17 Debitor, cui liberatio legata est, quod jus contra baredem  
acquirat.
- 18 Per liberationem à reddendis rationibus, quid remittatur.
- 19 De intellectu l. si quis rationes 10. ff. de liberat. legat.  
ad num. 31.

27 L.

- 20 L. Aurelius, §. Titius, el. 2. ff. de liberat. legat. declara-  
tur, & n. 28. cum seqq.
- 21 Liberatio à reddendis rationibus pro futura administra-  
tione quid continetur, & n. 33.
- 22 Dolus pro futura administratione remittere non licet.
- 23 Inventarium confidere potest Iudex, aut cogere tutorum ne  
faciat ex causa, eti à patre pupilli sit remissum.
- 24 Idem est in patre administrante advenititia filii.
- 25 Iudex potest impedire si op. riuit, ne fiat inventarium,  
qua alias de jure fieri debebat.
- 26 Cui inventarium confidatio remissa est, debet bona describere,  
& qua solenitate.
- 27 Inventarium confidatio nequit remitti in praesidium credito-  
rum, aut legitime filiorum.
- 28 Dolus verus non praemittit remissus, & quare, n. 41. Quid  
si nihil doloso adsit, n. 42.
- 29 Dolus agit qui non restituit, quod ex administratione debet.
- 30 Dolus prateritus tacite, vel expresse remitti permittitur.  
Quid si accedit juramentum, n. 46.
- 31 Dolus verus si futurus num tacite remitti possit? n. 48.
- 32 Dolus futurus presumpti jure potest.
- 33 Dolus verus, & presumptus qualis sit.
- 34 Reliqua, ex quibus administrator locupletior factus non  
fuerit, pro futura administratione, remitti possunt; re-  
missive.
- 35 Tutor dolus verus pro futura administratione remitti ne-  
quit, secus presumptus, ad num. 54.
- 36 Contra tutorum, qui omisit inventarium, aut non recte fe-  
cit, juratur in liem; eti si ex parentibus, ad n. 38.
- 37 Excusatur, si sit justa causa.
- 38 Non juratur in liem contra tutoris heredes.
- 39 Nec heredes pupilli jurare possunt.
- 40 Ex dolo vero vel presumpto defuncti non juratur in li-  
tem contra heredes, nisi cum illo lis fuerit contestata,  
& num. 63.
- 41 Ex dolo presumpto an in liem juret? & n. 65.

**O**portet hic præmittere, tutores, aliosque alieni patrimoni  
administatores triplici ex causa conveniri posse;  
nam vel possident res, quæ in dominio pupilli sunt; & rei  
vindicatione tenentur. L. Aurelius 19. §. Maxia, ff. de liberat.  
legat. juncta leg. in rem 24. ff. de rei vindic. vel aliquid ex  
substantia, quæ administrant, percepunt, quod consum-  
ptum est, non tamen in utilitatem pupilli versus, sed in  
proprios usus tutoris, & hoc Reliqua vocamus, nam ex  
computo rationum constat debet; l. si quis rationes 10. ff. de  
liberat. legat. d. l. Aurelius, §. Titius, el. 2. ff. cod. Aut tandem  
nil ad ejus manus pervenit ex bonis administratis; ali-  
quid vero culpa, vel dolo tutoris desperditum; aut non ac-  
quisitum pupillo est, l. ff. de tutel. & rationib. distralend. l.  
qui plures 42. ff. de administrat. tutor. Hinc frequentissime du-  
bitari contingit circa liberations, qui administratoribus,  
sub variis verborum formulis tam inter vivos, quam in  
ultimis voluntatibus conceduntur, Mantic. de conjectar. sul-  
timar. voluntat. lib. 9. tit. 8. a. num. 1. Escobar. de ratione in lib. 1.  
c. 40. à prim. à quibus liberati censeatur. Qui tractatus om-  
nibus per difficultis semper est visus, ut fatentur, qui de eo  
dillerere aggressi sunt.

#### Ad Num. 1.

- 2 Liberatio generalis testamento relata non prodest tu-  
tori, quominus rei vindicatione conveniri possit, ut bona  
extantia pupilli restituat; Menoch. de presumptionib. lib. 4.  
pres. 164. num. 12. & conf. 22. n. 2. Ant. Gom. variar. lib. 1.  
cap. 12. num. 8.3. Mantic. sup. num. 14. Gregor. Lop. in l. 30.  
glos. 4. tit. 11. part. 5. Cyriac. controversiar. forens. tom. 1.  
controvers. 7.3. num. 26. 49. Cancer. variar. resolut. part. 1.  
cap. 7. num. 91. 92. Card. Tuschi. prædictar. conclus. lit. L.  
concl. 26. n. 46. 110. Guttier. de tutel. part. 1. cap. 1. n. 34.  
Surd. conf. 112. n. 96. Escobar. sup. c. 5. n. 5. Joseph. Ramon.  
conf. 36. n. 29. Damauder. de tutor. c. 3. n. 21.
- 3 Ampliatur præmissa conclusio, quod eti tutori libera-

tio à reliquis præstetur, adhuc tenebitur bona prædicta  
restituere, quæ ab eo per vindicationem poterant avoca-  
ri; non solùm videntur remissa, quæ sola actione personali  
repetenter, Mantic. num. 14. Alexand. conf. 170. n. 14.  
vers. Prateret, lib. 2. Tuschi. ubi proxime, num. 62. Cancer. d.  
n. 92. D. Covar. infra, n. 2. vers. Hoc ipsum, ibi: Si quidem re-  
liquis remissa.

Nec obstat, liberationem esse favorablem, quæ amplia-

ri, l. Arrianus 46. ff. de actionib. & obligat. Tuschi. sup.

conc. 325. num. 11. Valençuela ex aliis, conf. 140. num. 17.

Quoniam extensio non admittitur aduersus mentem dispo-

nentis, qui solùm remisit administratori illa, quæ ut talis

debet: rei autem vindicatione, non ut administrator, sed

ut possessor convenit; quod pro ratione ad præmissam

conclusionem tradit Glos. in d. l. Aurelius, §. Maxia, in

verb. Pupilla, Menoch. d. num. 12. vers. Confer. & ratio. D.

Covar. vers. proximo; cu i accedit, quod agitur de dona-

tione, & juris proprii remissione, quæ stricte debet intel-

ligi, ita ut verba, quanto minus possint, comprehendant;

argumento. l. cum indebito 25. ff. de probat. l. 6. tit. 14.

part. 3. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 23. numer. 43.

Cyriac. tom. 2. contro. 22.2. num. 4. ubi ali. Fontan. de palt.

nuptialib. tom. 1. claus. 4. glos. 2.1. part. 2. n. 24.

His consequens est, ut si quis liberationem suis debito-

ribus reliquerit, non censeantur liberati, qui actione in

rem testator tenebantur Anton. Gom. sup. num. 8.2. vers.

Item, adde quod in tali remissione, Surd. decif. 174. n. 2.3. Ra-

mon. d. conf. 3.6. n. 3.2. Bald. in l. cum necessitatib. num. 2. C.

de fideicommiss. Mantic. d. lib. 9. tit. 4. num. 3. Nec enim illi

proprie debitores sunt, Glos. verb. quod sibi debetur, in

princip. Inst. de actionib. Mantic. & Surd. ubi proxime.

His consequens est, ut si quis liberationem suis debito-

ribus reliquerit, non censeantur liberati, qui actione in

rem testator tenebantur Anton. Gom. sup. num. 8.2. vers.

Item, adde quod in tali remissione, Surd. decif. 174. n. 2.3. Ra-

mon. d. conf. 3.6. n. 3.2. Bald. in l. cum necessitatib. num. 2. C.

de fideicommiss. Mantic. d. lib. 9. tit. 4. num. 3. Nec enim illi

proprie debitores sunt, Glos. verb. quod sibi debetur, in

princip. Inst. de actionib. Mantic. & Surd. ubi proxime.

His consequens est, ut si quis liberationem suis debito-

ribus reliquerit, non censeantur liberati, qui actione in

Vers. Quartò se diligenter.

- 8 Liberatio generalis per viam contractus inter vivos concessa, non extenditur ad res proprias creditoris, qua vendicari à debitore possent; Farinac. in fragmen. crimin. part. 1. lit. D. num. 156. vers. Et ex prima parte, Gracian. discepit. forens. cap. 131. num. 33. Menoch. d. cons. 21. num. 2. Surd. ubi proximè, plures referens; Tulch. num. 50. Jaf. in sub. praetextu 29. col. 2. vers. Secundo moveor, C. de translat. Mantic. ubi proximè, n. 5. Cancer. d. c. 7. n. 89. Escob. d. c. 40. n. 13.

Vers. Quintò idem esse existimo.

- Quæ de liberatione dicta hucusque sunt, ut res, quæ vendicari possunt, non comprehendant, procedunt etiam juramentum accedit creditoris; Menoch. d. præsumpt. 164. n. 13. 14. Escobar. d. c. 5. num. 9.

Ibi: Juramentum etenim non auget.

- 10 Jusjurandum non immutat, vel ampliat naturam obligationis, cui accedit; sed ei intra proprios limites robatur, ac vinculum adjicit religionis, ut cum pluribus dixi. sup. c. 4. n. 5. quibus adde Menoch. conf. 84. n. 31. Marescot. variar. lib. 1. c. 61. n. 4. Hermos. in 13. glof. 8. n. 12. tit. 2. part. 5.

Vers. Sextò, illud si considerandum.

- 11 Quoties liberationem concedens utitur amplissimis verbis, etiam in rem actionem censetur remittere; Gracian. d. c. 131. n. 35. Tusch. num. 59. Menoch. d. t. præf. 164. num. 15. 16. De quo tamén videoas Tusch. num. 47. cum aliis. Surd. d. cons. 112. per tot. Abbat. conf. 88. col. 2. vers. Circa secundum, lib. 2.

- 12 Idem juris erit, si quis generaliter eum liberet, quem scit sibi nulla obligatione personali esse astricatum, sed reali duxat posse conveniri; Tusch. ubi proximè, Paul. de Cal. conf. 193. num. 2. vers. Secunda ratio, lib. 2. quoniam evidens est, remittentem de actione in rem sensisse, cum aliam non haberet argumentum. l. 2. ff. de liber. & possum. l. pediculis 34. §. Item cum queretur, ff. de aer. & argent. leg. ubi Glossa. verb. non videri; quibus probatur, ex hac ratione, ea disponitione comprehendi, quæ alias minime continerentur.

Vers. Tostremò opportune queritur.

- De his consulendi sunt Cancer. sup. d. t. cap. 7. à num. 86. Menoch. d. t. præf. 164. à princip. Guttier. de tutel. part. 1. capit. 1. ex num. 32. Escobar. sup. cap. 5. num. 1. cum seqq. Mantic. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 8. tit. 8. n. 19. cum aliis. Baeza de decim. tutor. c. 2. n. 160.

Ad Num. 12.

- 13 Reddendarum rationum obligatio pro administratione præterita remitti jure potest; Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 12. num. 83. Menoc. sup. num. 10. Cancer. num. 87. Mantic. num. 19. Cyriac. d. t. controvers. 73. num. 27. Guttier. n. 37. vers. Sed nihilominus, Escobar. n. 18.

Ibi: Hec vero remisso.

- 14 Liberatus à reddendis rationibus reliqua debet restituere, etiam pro administratione præterita, Menoch. conf. 22. n. 2. Anton. Gom. & Escob. ubi proximè, Cancer. n. 91. Guttier. n. 32. Tulch. lit. L. conc. 328. n. 1.

Vers. Hoc ipsum verum est.

- 15 Is, cui testamento liberatio ab actione tutelæ, aut alterius administrationis relinquitur, reliqua solvere compellitur, Escobar. num. 20. Menoch. d. præf. 164. n. 17. Guttier. n. 33. vers. Est igitur casus, Mantic. & Ant. Gom. ubi proximè. Vide infra, n. 23.

Ibi: At tamen hoc conclusio non procedit.

- 16 Si filius patris, qui bona sua administravit, actionem tutelæ sue, vel curæ remiserit, præsumitur reliqua eidem condonare, ob filiorum erga parentes charitatem; Mantic. n. 20. Tusch. d. conc. 328. n. 44. Menoch. n. 18. Guttier. n. 33. Bona tamen extanta filii restituere compellitur, ut paulo inferius cum D. Covar. dicetur.

Ibi: Idem si matre, ob eandem affectionis rationem.

- 17 Proxima resolutio æquæ in matre procedit, Mantic. num. 23. Menoch. num. 19. Guttier. ubi proximè: sed intelligitur quoad administrationem præteritam; nam reliqua ex fuga administratione parentes persolvere compellantur, quamvis, à liberis liberationem, ab actione tutelæ gerendæ obtinuerint; Menoch. num. 3. Mantic. num. 2. Paul. de Cast. conf. 443. num. 3. in fine lib. 2. Escobar. num. 5. Quæ omnia nedum in patre, sed etiam in quo propter eandem rationem sunt observanda: quod ita verum esse, ex immediate dicendis constabit.

- Decisionem l. Aurelius 29. §. Titius, el 2. ff. de liberat. legat. locum habere in patre tutore, cui à fratre filio remissa est tutelæ. Cito ob affectionem, opinantur Menoch. & Guttier. ubi proximè, qui idipsum ad ficerum extendunt, Alciat. de præsumpt. reg. 1. pref. 6. Deci. conf. 178. col. penult. Paris. conf. 87. num. 23. lib. 1. De quo maximè potest dubitari, cum non par affectionis ratio in hujusmodi personis reperiatur, & simus in materia remissionis juris proprii, quæ strictam recipit interpretationem, ut nuper dicemus; atque ita contra tenet Mantic. d. t. titul. 8. num. 24. 25.

Ibi: Sic & reliquorum remisso.

- Hujus Bartoli distinctionis meninere Guttier. num. 36. 19 Tusch. num. 61. Mantic. num. 28. Menoch. num. 21. Escobar. num. 20. 21. Qui omnes, uno excepto Tuscho, qui solum refert, rejiciunt illam, sentientes non videri reliqua remissa administratori, sive testator eum liberet à tutelæ actione, sive jubeat, ut hæres remittat.

Ibi: His accedit quarta ratio.

- Debitor, cui legata est liberatio, hæredem agentem ex actione potest excludere, & præterea ipse agere, ut acceptatione liberetur, l. non solum 8. §. 1. ff. de liberat. legat. §. Si quis debitori, Infit. delegat. Bart. in l. 4. §. Nunc de effectu ff. de liberat. legat. Anton. Gom. in d. 6. 12. num. 82. vers. Item adde, cum seqq. Picard. in d. §. Si quis debitori, num. 3. Unde & ad traditionem instrumenti, aut chirographi confecti pro debito ad favorem testatoris hæres compellentur.

Ibi: Quamobrem etiam quarta Bartoli.

- Sed cum ad liquidationem eorum, quæ administrator debet, necessariò dari, & accepti comparatio requiratur, ex eo quod à reliquis non censetur liberatus, non omnino à reddendis rationibus excusat. Igitur per liberationem à reditione rationum etiam pro præterita administratione duxat tutor, vel alius similis consequetur, ne scrupulosa indagatio fiat, & ne negligenter nomine teneatur, l. qui plures 42. ff. de administr. tutor. l. si servus vetinus 122. ff. de legat. 1. Guttier. sup. num. 3. Escobar. n. 19. Cras. de successiōnib. §. Legatum. q. 40. n. 7.

Ibi: Quod si liberatio de actione tutelæ legata sit.

- De hac Alberici sententia statim agendum est, ubi veram esse probavimus.

Ibi: Siquidem etiam reliquis remisso.

- Probavimus supra hoc cap. num. 3.

Ibi: Etiam liberatio tutori patri legata fuerit.

- Quanquam, liberatione patri tutori relicta, reliqua remissa

tendum quod debetur, cum absque actione non audiarue aliquis in judicio petens, l. si quid possessor 54. §. Illud ff. de petit. heredit. Instrumentum autem etia deficit, debitum exigere ex aliis probationibus non est vetitum.

Supereft, ut nos tecum ab objectione validissima, quæ deducitur ex d. l. Aurelius. §. Titius el 2. ubi sumpto argumento ab speciali, aperte probari videtur. Reliqua sub generali actionis remissione non contineri, & ita communiter receptum est, & sentit D. Covar.

Ad quam difficultatem superadnam (in quo magnam provinciam assumere videbimus) supponendum est, dolum etiam præteritum in generali liberatione exceptum non censi, nisi aliud ex verbis, alisve conjecturis urgentibus appareat manifestè dict. l. non solum 9. §. Si hæres ff. de liberat. legat. l. Pomponius 10 ff. de negot. gest. & dicemus latius infra cum D. Covar. sub num. 4. vers. Primum nunquam.

Quo præmisso, dicendum est in d. §. Titius, quæstum 29. fuisse, num in liberatione ab actione tutelæ patri relicta, venirent quæ ille per dolum ex bonis popilli filii sui detraxerat & perpera filiorum in patres dilectione. Consultus respondit, hæc quoque condonata videri. Nec dubitari potest, quin pater dolose versatus fuerit, quandoquidem pecuniam, quam in utilitatem filii debebat fecerare, aut in emptionem prædictorum expendere, l. ob fænum 50 ff. de administr. tutor. l. n. 4. Cod. eod. suis usibus applicuit, proprieque nomine fecerare, ut ait Scævola, ibi: An pecunias, quæ ex venditionibus rerum factis, aut ex nominibus exactis in usus suos convertit, vel nomine proprio feceravit, &c. nam tutor hæc admittens, dolosus præsumitur. Menoch. de præsumpt. lib. 5. pref. 3. numer. 92. furti tenetur; l. 1. §. In tutela, ff. de tutel. & rationib. distractab. Glof. in l. non existimo, verb. jucavet, ff. de administrat. tutor. Prædicto nuncupatur, Guttier. sup. n. 55. ubi alii.

Ex quibus patet, in d. §. Titius, neutiquam probari, 30 speciale esse in patre, ut actione administrationis præteritæ remissa, & reliqua censeantur condonata; nam hoc generale est, ut diximus; sed quidolo subtracta, ac de patrimonio perperam deminuta non restituantur, quod in ceteris administratoribus secus est; d. l. non solum 9. §. Si hæres, cum aliis ff. de liber. legat. Aliud namque sunt reliqua, quæ bona fide tutor debet; & aliud, quod inique usurpat per dolum.

Hanc tamen interpretationem evertere videtur Ulpianus in d. l. si quis rationes, qua probatur, per liberationem à tutelæ actione, dolum etiam remitti, ut ex litera apparet; ergo specialitas nulla reperiatur in d. §. Titius, in eo quod subtracta per dolum patri condonentur. Sed hoc non obstante præmissis recedendum non est; nam ibi Ulpianus dolum remissum censet, quando actio tutelæ per verba ampla remittitur, non simpliciter. At Scævola agit de liberatione verbis communibus legata, quæ in extraneis doli remissionem non parit, atque ita in patre speciale est. Quod ita esse colligimus ex contextura legis, & mente Consulti in d. l. si quis rationes, ubi non duas formas remittendi reliqua, & dolum tradit, sed unicam: quoniam verba illa, vel actionem remittere, referri debent ad testatorum damnantem hæredem, ut quicquid acceperit restituat, aut actionem remittat; & verbum, quicquid, amplitudinem liberationis importat, quod pariter influat in restitucionem exactorum, ac in remissionem actionis. Nec aliter potest ille textus intelligi, alioquin fatendum esset simpliciter actionis remissionem, & dolum continere; quod est adversus expressa jura, & commune DD. placitum, ut infra constabit. Unde concludendum est tandem in d. l. si quis rationes, solùm probari, remissionem actionis per verba ampla reliquat, etiam ad dolum admissum in administratione prodelle. Sed si pater administrator fuerit, sufficiente verba communia, quod specialiter constituitur in d. l. Aurelius, §. Titius.

Ad Num. 3.

Liberatus à reddendis rationibus pro futura administratione, easdem nihilominus debet reddere, reliquaque solvere,

Z. re,